



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## In Genesis Enarratio

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

Capvt XXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

CAPVT  
XXIII.

## LOCI PRÆCIPVI.

I. Doctrina de Coniugio.

II. Quod ad parentum curam & con-  
cium pertineat, prospicere liberis de  
honesto & commodo matrimonio,  
quod sponsalia debeant fieri consensu  
& uoluntate parentum, ut dicitur, Honora  
pater tuus & mater tua etc. 1. Cor. 7. Qui elocat rectè facit. Et Ambrosius  
hanc Rebecca historiam enarrans, postulat con-  
sensum parentum, & citat ex Andromache Euripi-  
di uersiculos, qui Hermione Orestis petenti com-  
respondet:

Νυμφουμάτων μὲν πῶς ἐμῶν πατὴρ ἐμῶν  
μέγιστα ἔξει ἢ οὐκ ἐμὸν σκοπεῖ τὰδε. Hoc  
Sponsaliorum meorum pater meus  
Curam habebit, & non est meum statuere hoc.

Et Textus in iure ciuili inquit, in Instut. Titul.  
Nuptijs, Si filij familiarum sint, consensum habere  
parentum, quorum in potestate sunt. Nam hoc  
debetur & ciuili & naturalis ratio suadet, in-  
stitutum ut iussus parentum præcedere debeat. Ex his  
hac materia grauisimum Lutheri scriptum, quod  
studiosi legant.

*Pone manum tuam subter femur  
meum.*

III. De Iuramento & ritu Iuramenti.

Perpicuum est pijs concessum esse, ut petant et dent iuramentum ἑπακτοῦ. Iurat autem Seruus attin- gens lumbos Abrabæ, significant, se suæ orationis te- stem facere uenturum semen Christum, qui ex lum- bis Abrabæ oriturus erat. Sic enarrat Hieronymus lib. 1. contra Iouianum. Adiurat seruum in femore suo, hoc est, in Christo, qui de eius semine erat na- sciturus.

Nos duobus digitis in cælum erectis iuramus, Quia in ore duorum aut trium stat omne testimo- nium. Inuocamus uerum Deum, ut adsit inspector & testis nostri sermonis & actionum, & fallentes seuerè puniat.

*Ipse mittet Angelum suum  
coram te.*

IIII. De ministerio Angelorum.

Psal. 91. Angelis suis mandauit, ut custodiant te in omnibus uijs tuis.

V. Coniugium suscipi debet cum ti- more & inuocatione Dei, χωρὶς θεῶν οὐδὲν εὐτυχεῖ, id est, Sine Deo nihil fœliciter suc- cedit.

VI. Exem-

VI. Exemplum Virginis pudicæ  
geniosæ & officiosæ.

VII. Rebecca celeriter deponere  
hydriam monet Beneficia tempestive  
& citò danda esse, iuxta dicta, Bis dat, qui cito dat.  
Item, Gratiaq; officio, quod mora tardat, abest.

VIII. Exempla hospitalitatis & Bene-  
ficientiæ.

IX. De Officio & Fidelitate ser-  
vorum mandata studiose & diligenter  
exequentium. Ephes. 6.

X. Sponsalia non sint clandestina  
publica, et accedat consensus parentum  
& ipsius puellæ sponsæ.

XI. Conuiuium nuptiale & Me-  
nera.

XII. Seruus non procrastinat, ma-  
nens in omnibus negocijs noli-  
tationis obeundis præstandam  
assiduitatem, iuxta uersus Hesiodi, ΜΗΤ' ἀσθενῶ  
λεωδ' ἐς' ἀγροπέες' ἐννεοίρ. Et Alexander Magnus  
interrogatus qua ratione potissimum tota Asia  
titus esset, respondit μηδὲρ ἀνάστα δόρυμνος.

Monet item gratam esse in nuncijs celeritatem  
odiosam tarditatem, iuxta dictum Proverb. 1. 1.

acetum dentibus & sumus oculis, Sic piger his qui  
miserunt eum.

XIII. De Verecundia Rebeckæ tes-  
gentis se pallio.

XIIII. Isaac egressus est ad meditan-  
dum, seu ut Onkelus uertit, ad orandum in  
agro sub uesperam. Monet hæc historia, quo-  
tidie certa tempora recitandis precationibus & pijs  
meditationibus tribuenda esse.

XV. De storgis & amore mutuo in-  
ter coniuges, qui est imago amoris mu-  
tui inter Christum & Ecclesiam.

### TEXTVS.

Mesopotamiam.) eo quod medio sit inter duo flumi-  
na Tygrin & Euphraten.

Inaures aureas.) ein güldin borten, semicirculus ab  
una aure ad alteram pertingens.

Siclos duos.) Id est, aureum Rhenensem.

Laban.) לבן candidus.

Rebecca.) רבקה multum expectata, à קרה uel  
multum patiens.

Delbora.) רבבה Apis. Vxor sit similis apicula.